Jaczko et Alexandrum Jamyenskye quia ipsi res omnes nobiles utputa frumenti diversi generis et semina necnon res aratinos praedictarum pecora cornuta et pecudes centum quinquaginta violenter receperunt pisces de piscinis quinque violenter et expiscarunt fructus et proventus vigore praefatae exdivisionis ademerunt et alienarunt bona violenter [illegible] parat in sorte ipsorum villae Jozan ac obequam Cmekoncz et [illegible] praefatae sortis villae Jozan ademerunt et alienarunt prout acta et [illegible] fieri ipse minutius exponit et nobiles praefati illorum [illegible] sua personali recognitione [illegible] sunt.

Protestatio Adamowski contra Chojszko

Nobilis Jeronimus Adamowskyj factor bonorum villae Chojszyniecz magnifici domini Joannis Christoferi comitis in Tarnow castellani Voynicensis et Zophiae de Sprowa coniugum et contra nobilem Georgium Chojszko coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus manifestabatur solenniterque protestatus est quia ipse post pro bita pace communi pro utrisque terrigenarum assecuratus est certo tempore ad lustrationem quasi septimanis et post lustrationem totius securus esse debuit dominus ipse Jeronimus Adamowskyj unacum nobilibus Gregorio Maliszkyj et [illegible] Budek ex lustratione ad pokazowanie versus villam Sozuiza nil mali suspicans tamquam pace communi assecuratus equitarat ad villam Sozuiza venit ille vero Georgius Chojszko tamquam hostis patriae et violator depredatorque legis nulla sibi antea diffidatione praemissa uti homini equestris [illegible] ordinis non licenciose aut ausu temerario super hospicium eius in villa Sozuiza sabbato festi Nativitatis gloriosissimae Virginis Mariae proxime praeterito ipso die lustrationis violenter in eundem Adamowskyj irruit et invasit eumque verbis inhonestis affecit demum super eundem manu forti gladium vibravit ac eius vulnus lividum in genu pedis sinistri prout ipse asserebat intulit unde patitur ac speratur mutilationem perpetuam et nisi per certos et bonos viros fuisset defensus profecto ipsum interemisset.

Therleczki quietat de suma 100 flor. et de perlucratis alterum Therleczki

22/IX Actum in castro Premisliensi sabbato post festum Sancti Matthei Apostoli proxima Anno Domini 1565.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus nobilis ac religiosus Fedor Therleczkij canonicus alias namiesnik Drohobyczensis palam et per expressum recognovit quia sibi est totaliter et plenarie satisfactum de summa centum florenorum pecuniae bonae monetae et numeri polonicalis a nobili ac religioso Jaczko pop Therleczkij quam summam centum florenorum pecuniae praefatus Fedor Therleczkij habuit per ipsum Jaczko pop Therleczkij in bonis villae sortis Rossochy in quo Cmettom [illegible] inscriptis actis castrensibus Premisliensibus Zawiezna satisfactionis eundem Jaczko pop Therleczkij de praefata summa centum florenorum pecuniae communis quietat et liberum facit ac inscriptionem castrensem Premisliensem sibi super summam praefatam centum florenorum pecuniae communis in praefatis bonis sortis villae Rossochy Zwien necnon totum processum juris utputa lucra perlucrata citationes condictiones ad satisfaciendum necnon citationes ad decernendum vadia sibi data in executionem rei iudicatae ac citationem ad vaniendum per praefatum Fedor Therleczkij super ipso Jaczko pop Therleczkij ad inscriptionem praefatam castrensem Premisliensem super qua nominata in officio praesenti castrensi Premisliensi perdidit et aquisivit cassat mortificat obliterat ac in nihilum convertit sibique et suis legittimis successoribus pro praemissis omnibus perpetuum imponendo silencium.

Vulnera Manastirski contra Vroski

Actum in castro Premisliensi feria secunda post festum Sancti Matthei Apostoli proxima Anno Domini 1565. 24/IX

Nobilis Iwan Manastyrskyj coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus stans personaliter ostendit et manifestavit ac testatum fecit vulnus suum sescrum cruentum in superficie capitis quod vulnus asserebat sibi forenssliter per nobilem Paulum Vroskyj quod vulnus officium vidit et suscepit.

Vulnera eiusdem contra Manastyrska

Nobilis Iwan Manastyrskyj coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus stans personaliter ostendit et manifestavit ac testata fecit vulnera sua primum livida in dorso et aliud vulnus lividum super palmam manus sinistrae circa cubitum quae vulnera asserebat sibi forenssliter per nobilem Annam consortem nobilis Andreij Manastyrskyj necnon et crines de barba et capite nobilis Andreij Manastyrskyj extraxit et evellit et alias alis verbis eius Iwan Manastyrskyj extraxit et intulit quae vulnera ac crines extractos ac expellatos officium vidit et suscepit.

Proclamatio capitis nobilis olim Luce Lodzinski ex parte nobilis Szienko Lodzinski contra Biereczki

Ministerialis terrae Premisliensis providus Michael de Jamna unacum nobilibus Nicolao